



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

Parisiis, 1644

XVIII. De incestuosis copulationibus vitandis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15221

ANNO
CHRISTI
585.

ficia & obsequia fidelissima Christianitatis iura promeruit. Et si quidem ille sacerdotalis equo vehitur, clericusque similiter, sacerdotalis galero de capite afferat, & clero sinceræ salutationis munus adhibeat. Si vero clericus pedes graditur, & sacerdotalis vehitur equo sublimis, illico ad terram defluat, & debitum honorem praedicto clero sinceræ caritatis exhibeat: ut Deus, qui vera caritas est, in vtrisque latetur, & dilectioni suæ vtrumque adsciscat. Qui vero hæc, quæ Spiritu sancto dictante sancita sunt, transgredi voluerit, ab ecclesia, quam in suis ministris dehonorat, quamdiu episcopus illius ecclesiæ voluerit, suspendatur.

XV I.

Illud quoque rectum nobis visum est disponere, ut quæ vxor subdiaconi, vel exorcistæ, vel acolythi fuerat, mortuo illo, secundo se non audeat sociare matrimonio. Quod si fecerit, separetur, & in cœnobiiis puellarum Dei tradatur, & ibidem usque ad exitum vitæ suæ permaneat.

XVII.

Comperimus multos necdum marcidatis mortuorum membris sepulcra referare, & mortuos suos superimponere, vel aliorum, quod nefas est, mortuis suis religiosa loca usurpare, sine voluntate scilicet domini sepulcrorum. Ideoque statuimus, ut nullus deinceps hoc peragat. Quod si factum fuerit, secundum legum decreta superimposita corpora de eisdem tumulis reiactentur.

XVIII.

Incestam copulationem, in qua nec coniunx,

L iiij

nec nuptiæ recte appellari leges sanxerunt, catholi-
ca omnino detestatur atque abominatur ecclesia:
& grauioribus poenis eos afficere promittit, qui na-
tiuitatis suæ gradus libidinoso ardore contemnen-
tes, in merda, quod nefas est, sua vt sues teterimi
conuoluuntur.

XIX.

Cognouimus etiam quosdam clericorum in-
frunitos ad forales reorum sententias frequenter
accedere. Propterea prohibitionis eorum acces-
sus hunc Canonem protulimus, definientes vt ad
locum examinationis reorum nullus clericorum ac-
cedat; neque intersit atrio sauciolo, vbi pro reatus
sui qualitate quispiam interficiendus est. Si tamen
nunc aliquis eorum definita contemnens illuc ac-
cesserit, aut interfuerit, defraudatus honesti hono-
ris stola, illis gregibus examinatorum societur,
quos diuinis prætulit mysteriis.

XX.

Vniuersæ fraternitatis deliberatione ac definitio-
ne complacuit, vt antiquorum patrum iuribus in
omnibus custoditis, ad Synodus post trietericum
tempus omnes conueniant: vt de alterna principa-
liter sospitate exhilarati, causas exurgentes tam di-
uinæ religionis, quam humanæ necessitatis, discutant,
& omnibus iustum æquumque finem impo-
nant. Et hoc adimplere solicitudinis sit metropoli-
tani Lugdunensis episcopi, vna cum dispositione
magnifici principis nostri, prius definientis locum
mediterraneum, ad quem omnes episcopi sine la-
bore alacres congregentur. Et si aliquis eorum con-